

Justus Christoph Schomer Johann Wilhelm Petersen

**Decanus Facultatis Theologicae Justus Christophorus Schomerus D & P.P. ... Ad  
Disputationem Inauguralem ... Dn. M. Johannis Wilhelmi Petersen Reverendiss.  
ac Sereniss. Principi, Episcopo Lubesi ... Superintendentis De Christo in  
Catenam Fidei Perpetuam Influente Ad diem XXX. Septembris Anno MDCLXXXVI.  
In Auditorio Maiore publice habendam solenniter indicit, & ad eam sua praesentia  
ornandam Magnificum Academiae Rectorem ... invitat**

Rostochi[i]: Wepplingius, 1686

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736015434>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 30. Sept. 1686

Schomer, Justus 1f

Petersen, Joh. Wilh.



*Programma*

129

DECANUS FACULTATIS THEOLOGICÆ  
**JUSTUS CHRISTOPHORUS SCHOMERUS**  
D&P.P. Consistorii Ducalis Assessor & Su-  
perintendens Mecklenburgensis

AD DISPUTATIONEM INAUGURALEM

*VIRI Admodum Reverendi & Excellentissimi*  
**Dn. M. JOHANNIS WILHELDI PETERSEN,**

Reverendiss. ac Sereniss. Principi, Episcopo Lube-  
si, Duci Holsatiae, à Confessionibus & concio-  
nibus Sacris & Episcopatus Superintendentis

**DE CHRISTO**

in CATENAM FIDEI PERPETUAM INFLUENTE

*Ad diem XXX. Septembris Anno MDCLXXXVI.*

In AUDITORIO MAJORE publicè habendam  
solemniter indicit,  
& ad eam suâ præsentia ornandam

**Magnificum Academiæ Recto-**  
rem, Excellentissimos Omnia Faculta-  
tum Professores, Nobilissimos Doctores & Licentia-  
tos, Rev. ecclesiæ Presbyteros, Cl. Philosophiæ Magistros, &  
omnem literatorum ac Studiosorum coronam, qvâ  
fas est humanitate invitat.

*Rostocki Typis JOH. WEPPLINGII Acad. Typogr.*

1086

Manuscript

# Ertium hunc vobis sistimus



Theologiæ Candidatum, Cives Academici, qvi se conspectui atqve applausibus vestris publicè exhibebit. Rara hæc contingit nobis felicitas in hac post magnorū virorum funera Facultatis Theologicæ solitudine, ut tres Disputationum inauguralium inductiones eodem die de tabulâ publicâ prominenter. Non possumus quin bonum inde omen & ecclesiæ orthodoxæ & Universitati huic capiamus, eòqve auspiciatus, qvòd illis Candidatis accrescat numerus, qvorum apud magnos Reges atqve Principes aestimatio gravis est. Academiarum certe honor non aliunde magis exurgit, qvam si plures ex se dederint filios pietate atqve eruditione conspicuos & dignos nomine illo, qvo insigniuntur, ut quasi reactis in se mutuo radiis speculorum, alterna virtute coruscent mater & liberi. Neqve illud levius honoris documentum nobis est, qvod viri graves atqve literati, qvi domi forisqve jam satis inclaruerunt, hinc potissimum sibi testimonium & honores petant. Virtus qvidē sibi ipsi præmiū est, nec opus haber, qvod proverbio dicimus, suspensa hederā generosum vinū, qvia tamen nec omnibus nuda placet, ornatu qvodom ejus opus est, qvo popularibus ingenii felicius commendetur. Noster autem hic Candidatus, cui nunc cathedram paramus, qvis sit, & qvam honoribus Theologicis dignus, non aliis elogiis magis, qvam solâ vitæ ejus recitatione facta intelligemus, ad qvam ut promptius sine præfatione progrediar, ipse amor noster & longa, qvæ à juventute mihi cum ipso intercessit, amicitia me propellit, simplicè tamen stylo sine phaleris faciendam, ne qvid privatis erga ipsum studiis dare videar. Natus est A. Christi 1649. Cal. Jun. Patre spectatissimo doctoꝝ; Viro GEORGIO PETERSEN, Not. Cas. Publ. & Cancel. Lub. adjuncto, Matre honestissimâ MAGDA.

LENA PRAE-

**PRÆTORIA.** Avi fuerunt in paternâ linea JACOBUS PETERSEN,  
ærario Eiderstedensi qvondam præfectus, & Senator Tonningensis  
amplissimus & ANNA DIRKES, Consulis Tonningensis filia, in linea  
maternâ ANDREAS PRÆTORIUS, Pastor & Senior Rev. Ministerii  
Osnabrug. gravissimi, & AGNES VORBRUGGE, Civis Hamb. filia.  
Præceptores nactus est in patrio lyceo fidelissimos doctissimosqve,  
ex qvibus honoris ac memorie causa nominat Cl. Viros, Philolo-  
gos eximios, BANGERTUM, NOTTELMANNUM, POLZIUM, van  
der Brügge / qvorum ductu atque in institutione ita profecit, ut in-  
genii atq; industriaæ suæ documenta publica & solutis & ligatis oratio-  
nibus plura daret, coram confessu optimatum recitatis, ut de redditu à pa-  
tria pace, de Hercule in bivio virtutis & voluptatis constituto, de excidio Hiero-  
folymitanorum, & Canticū Canticorum vario carminum genere elegantissime  
expressum. Inter hos & alios elegantioris liberaturæ flores ex se datos  
eum ad graviora studia maturuisse, Anno hujus seculi LXIX. ad cele-  
brem Hassorum universitatem Gissam cum aliis itineris & studiorum  
sociis profectus, ut honestâ illorum simulatione ita & novis præ-  
ceptorum adminiculis excitatus adjutusqve est, ut in cœpto hujus  
stadii cursu strenue pergeret. Qvippe celeberrimorum ibi & Theo-  
logorum & Philosophorum assiduus auditor, Haberkornii, Misleri,  
Siricii, Hannekenii, Rudrauffi, Nitschii, Weissii, collectam ex omni-  
bus hiis fontibus scientiam in se derivabat. Primum in cathedram pro-  
diit, cum duce & Præside Excellentissimo Hannekenio de Servorum apud-  
Romanos conditione dissertationem conscriberet ac defenderet;  
postea & sub eodem Viro in Historiâ ecclesiastica, & sub Rudrauffio in  
Metaphys. sacerdote, ut de Eodem & Diverso, de causa finali, de Anima se-  
parata respondentis partes publicè cum laude suscepit; morti etiam  
Serenissimæ Principis SOPHIAE ELEONORÆ, Hassiæ Landgraviæ  
heroico carmine in solenni panegyri procerum parentavit. Ita  
relicta A. 1671. Gissa non reliquit justam horum speciminum memo-  
riam, sed & absentem, nec satis serio honores illos ambientem ultrò  
ad

ad viri bene merita respiciens Philos. Magistrum creavit. Ipse interea hoc Gradu Academico auctus in hac Alma Rostochiensi Universitate, quo se receperat, insignes qui tunc erant Theologos, Henr. Müller, August. Varenium, & Michael Cobabii, diligentissime audiebat, cuius diligentiae indicem conscriptam à se eruditissimam disputationem de φιλίᾳ & φιλίᾳ Reformatorum sub Praesidio Vareniano defendit, quā illos nunquam verè & seriō fraternalm nobiscum pacem ambivisse, quantumvis irenica consilia saepe proposuerint, ex actis & colloquiis publicis ostendit; mox etiam de Communicabilitate Propriorum contra Heerbordum Philos. Batavum disputationem aliam in Cathedra Philos. Praeses proposuit, respondentem Muhaele Freudio nunc Wismariensi. Scholae Con-Rectore clarissimo, affine nostro honoratissimo. Post hanc exercitia ad amplissimum Stipendum Schabbelianum benevolè admissus, instituto per Saxonicas Academias, Lipsiam, Wittebergam, Jenam, brevi circuitu, salutatisq; celeberrimis illarū Professoribus Theologis Gissam redux factus est, nec segnior tunc quam antea in publicis speciminibus, quibus juventus Acad. exerceri solet, sub Hannekeniano Praesidio de Scriptura S. de Spiritu S. de Triplici Salvatoris officio, de ejus exinanitione & exaltatione, de Ministerio ecclesiastico, Magistratu politico, Conjugio theses Theologicas publicè defendit, cum & prolicentia docendi in Philosophicis, de superiore Cathedra Praeses Anno 1673. osculum praescientiae divinae cum voluntate arbitrii & contingentiā rerum, arduam disputandi materiam exhibuit. Postea lectiones privatas instituit Metaphysicas, Oratorias & morales de jure naturae in Guilelmum Grotium cum Hugone collatum, ita ut privatum pariter disputandi exercitium auditoribus institueret. A. 1674. in Luciani Samosateni dialogum, qui ζευς ἐλευχόμενος inscribitur, commentatus est, ita ut triplicem inde impietatem, hydram atheismi, idolatriam papismi, & Stoicum prædeterminantismum Reformatorum ejus occasione argueret; quæ commentatio in disputationes Academicas divisa, quas quinq; eximii Theol. Studiosi respondendo defendebant, in lucē prodit. Anno sequente contra Samuel. Andreæ. D. & Prof.

& Prof. Theol. Marpurgensem de *Premotione divina Reformatorum non divinâ exercitationem Academicam iterum de cathedrâ superiore proposuit, & iterum aliam de osculo legis naturae cum primo præcepto decalogi.* Mota tunc lis erat in acidulis Wildungensibus, an Reformati statuant Deum citra respectum antecedaneum Christi & fidei nonnullos ab omni æternitate absolutè elegisse rejectis ceteris? cum D. Reinholdus Pauli in Academiâ Marpurgensi Profess. Theolog. cum suis id negaret, nostrarer affirment, hac occasione Candidatus noster motus, thesin ex Synodo Dordracenâ confessionibus & doctoribus illorum publicis demonstravit, cui cum à Marpurgensibus responderetur, *Apologiam pro justitia cause* contra hunc Reinholdum Pauli vulgavit. Sub id Tempus, qvod in primâ felicitatis suæ parte ponit, in amicitiam venit magni Theologi & luminis ecclesiæ nostræ splendidissimi, D. Philippi Jacobi Speneri, quem ut mente ita nominis anagrammate, PETERSEN, ET SPENER, perpetuo circumfert, tunc Francfurti ad Moenum Rev. Ministerii Senioris, nunc in aulâ Electorali Saxonica Præsulis & Protosynedrii Assessoris gravissimi, qui ad exprimendam ipsâ praxi Christianæ fidei sanctitatem exemplo monitisque prælucens, animum ejus sibi penitus divincivit, cooptamque semel amicitiam hodieq; perpetuo literarum commercio colit. Ille etiam, cum hic adm. Rev. Candidatus noster ad aulam Isnacensem à Saxonie Duce, audiendi ejus in concione sacrâ cupido, aliquando evocaretur, ipsi Anno. 1675. auctor extitit, ut Gissæ licentiam summi in Theologiâ capessendi honoris ambiret, cui etiam ut pareret hic noster jam Disputationis inauguralis thema de *Dracone Dordraceno*, id est ab soluto decreto, qvod omnes sententiarū & decretorū ejus paginas implet, & omnes articulos födè corrupit, elaboraverat, sed à Parente domum revocatus à proposito desistit. Tumverò inter adveras Jesuitarum qvorundam

machinationes ipsi laetidie Clementissimam Serenissimi Principis ac Patroni nostri DN. GUSTAVI ADOLPHI, Ducis Mecklenburgenses ad Professionem Poëticam in hac universitate vocatio, quam promtè qvidem accepit, anno 1677. Mense Septembris huc profectus, & solenniter introductus, exorsus etiam prælectiones publicas cum applausu studosæ juventutis, sed mox aliud ipsi theatrum pandente divinâ prudentiâ. Qvippe mox Hannoveram ad functionem ecclesiasticam in æde Ægidii obeundam vocatus, divino nutui paruit, ubi & Sereniss. Principem, qui tunc rebus præperat, & omnem populum sibi nactus faventissimum, videbatur jam fixam sedem invenisse. Sed quæ est inopinata sœpe rerum humanarum vicissitudo, divinâ providentiâ variè versata, ita & illinc intra vertentem annum decadere debuit A. 1678. d. 6. Maj. à Reverendissimo & Serenissimo Principe ac Domino DN. AUGUSTO FRIDERICO, Episcopo Lubecensi, Herede Norvegiae, Duce Sleswigi, Holsatiae &c. ad illud officium, qvod hactenus dexterimè gerit, evocatus. Vixerat leœlebs usqve ad Annum 1680. quo tempore singulari fato ipsi conjux obtigit generosæ stirpis virgo ex immediatâ imperii nobilitate sata, nec minùs sanctitate morum, & amore DEI ac sacra rum literarum nobilis, JOHANNA ELEONORA de MERLAV, cuius parens Serenissimæ Principis Saxo-Lauenburgicæ, natæ Hassia-Laudgraviae, aula Magister fuit, agnatus qvidam infulis Abbatia Fulensis, qui S. R. imperii principatus est, qvondam eminuit. Hæ nuptiæ Francofurti ad Moenum auctore Max. Reverendo D. Spenero consolatae occasionem præbuerunt viro visendi nobiliora ad Rhenum Germaniaæ Belgijq; oppida, cumqve præcipui nominis inter Calvinianos Arminianosqve doctoribus colloquia miscendi, id qvod viro Theologo non tantum jucundum sed & perqvam utile esse poterat. Domi autem suæ & in eo, qvod gerit officio, quantâ fide, industria, curâ versetur, exemplum ipse aliis præbens ejus, qvod sva det

det ac docet, tam ipsius modestia quam pagellarum angustia prohibet, ne pluribus doceamus: specimen tamen aliquod industræ in concionibus aliquibus typo exscriptis, & nupere in Catechismo ex ipsis S. Script. verbis elegantissimè formato ostendit. In quo non id tantum obtinuit, ut vera fidei fundamenta ex ipso fonte, & decidendi rationem in ipsâ quæstionis solutione rudem populum doceret, sed & contra adversarios fidei nostram evinceret, nihil ultra id quod Prophetæ & Apostoli dixerunt, prædicantium. Protruserunt jam antea variarum sectarum homines ejusmodi catechismos, ut Baralajus inter Quakeros, Bidellus inter Sociniano, inter Pontificios alius, eâ mente atque animo, ut lectori persuaderent tam apertè ipsarum causam in S. literis esse definitam, ut nullo alieno indigeat colore: in quibus et si non omnia malè collecta sunt, sape tamen magnâ licentiâ centones consutus & verba ad rem minimè pertinientia propositis quæstionibus subjuncta observamus. Sed nobis nullo foco opus est, thesis nostra nulla est nisi quæ Spiritus S. quod ille non docuerit, nobis docere in rebus Theologicis religio sit. Ipsa illa dogmata, quæ per consequentiam ex S. literis excupli dicimus, synonymis vocabulis & sine commentatione intelligibilibus ibi continentur, si rectè attendimus; unde & præcipuam eam sibi curam fuisse, ne quod dictum nisi directò ad causam pertinens ullibi adduceret, ipse auctor in præfatione testatur. Itaque hunc laborem, quam ipse sàpius suscepere mente agitavi, nunc susceptum ab alio esse gaudeo, emolummentum ecclesiæ maximum allaturum esse spero. His omnibus igitur laborib⁹ exantlatis scriptisq; editis clarus, tandem cum animus subiret, quamvis jam sàpius antea renuerat, Theologicos honores rite obire, ad hanc Universitatem memor primi in eâ officii se recepit, privatoque Facultatis colloquio, vel, ut vocant, examine rite in instituto omnem calculum abstulit, eum ab omni Academiâ mox iterum publicè ablatus in solenni hac disputatione, quam iudicimus. Argumentum

tum elegit differendi elegantissimum', qvanqyam ob temporis  
inopiam (quod conscius testor) festinatissime elaboratum, ut in eo  
promptitudinem ingenii, omnem typothetarum industria-  
scriptione superantem, maximè probaverit. Jesum sicut, quod  
sit *Omnia in omnibus*, qui est A & Ω qui est δέχητος καὶ πλειστούς  
auctor & meta fidei nostræ, quod per omnes fidei articulos  
perpetua catena decurrat. Nimis ipse est, quo tanquam  
fundamento innititur omnis doctrina Evangelii, quo ruente  
omnis corruat spes nostra necesse est. Fides una copulativa  
vulgò dicitur, quod sic sibi mutua innectatur dogmatum divino-  
rum series, ut luxato uno membro cetera omnia hient: multò  
major erit omnium in uno Christo sublato jactura. Non qui-  
dem ad omnes cœlestis doctrinæ partes pari modo concurrit  
Christus; alia hominis integri ratio est, alia reparati, ille non  
indiget mediatore, hic indiget. Illi articuli, qui naturam Dei  
rerumque creationem & gubernationem exponunt, æternam  
Deitatem Filii in se concludunt, reliqui incarnatione ejus & me-  
ritum, & sic utriq; Christum, quamvis non quæ Christum. Pecca-  
tur tamen ubique contra eundem cum in alterutram illorum  
classe peccatur. Christus Deus est, Deifilius & character, creator,  
rector omnium unà cum ipso Patre, ejusque læditur peccato  
dignitas, sicut & Patri dē Redemptor est, in quo redemtio, voca-  
tio, absolutio, adoptio, renovatio, salus deniq; nobis competit,  
quem Evangelium, quem Scripturas. narrat, in quo Sacramento-  
rum vis & veritas consistit, verbo: *Omnia est in omnibus.* Quæ de-  
re uberiorius differentem ut audire plauceat Excellentissimū Can-  
didatum nostrum, Magnificum Rectorem Academiae & utriusq;  
Reip. proceres, quædecet observantiā rogamus bonosq; Omnes  
literarū tautores & studiosos, ut futuræ solemini Disputati-  
oni sine strepitu & tumultu intersint, invitamus.

P. P. Sub Sigillo Facultatis Theologicae Rostochii Dom:  
XVI. & XVII. Trinit. MDC LXXXVI.

•(O)•





det ac docet, tam ipsius modestia quam pagi  
 bet, ne pluribus doceamus: specimen tam  
 striæ in concionibus aliquibus typo exscrip-  
 techismo ex ipsis S. Script. verbis elegantissim.  
 In quo non id tantum obtinuit, ut vera fidei  
 fonte, & decidendi rationem in ipsâ quæf-  
 dem populum doceret, sed & contra adver-  
 nostram evinceret, nihil ultra id quod Prop-  
 xerunt, prædicantium. Protruserunt jan-  
 starum homines ejusmodi catechismos, ut  
 Keros, Bidellus inter Sociniano, inter Pontii  
 atque animo, ut lectori persuaderent tam  
 sam in S. literis esse definitam, ut nullo a-  
 re: in quibus et si non omnia malè collecta  
 magnâ licentiâ centones consutos & verba  
 tinentia propositis quæstionibus subjunc-  
 nobis nullo fuso opus est, thesis nostra nulla  
 quod ille non docuerit, nobis docere in  
 religio sit. Ipsa illa dogmata, quæ per conse-  
 esculpi dicimus, synonymis vocabulis &  
 intelligibiliibus ibi continentur, si recte a  
 præcipuam eam sibi curam fuisse, ne quod  
 ad caulam pertinens ullibi adduceret, ipse  
 ne testatur. Itaque hunc laborem, qual-  
 pere mente agitavi, nunc susceptum ab al-  
 lumentum ecclesiæ maximum allaturum  
 omnibus igitur laborib⁹ exantlatis scriptisq;  
 cum animus subiret, quamvis jam sae-  
 Theologicos honores rite obire, ad han-  
 mor primi in eâ officii se recepit, private  
 quod, vel, ut vocant, examine rite institu-  
 abstulit, eum ab omni Academiâ mox ite-  
 tus in solenni hac disputatione, quam in-



the scale towards document

a prohibi-  
 indu-  
 e in Ca-  
 stendit.  
 a ex ipso  
 one ru-  
 nippinorū  
 stoli di-  
 irum se-  
 ter Qva-  
 à mente  
 um cau-  
 at colo-  
 e tamen  
 imè per-  
 us. Sed  
 spiritus S.  
 ologicis  
 S.literis  
 ntatione  
 unde &  
 directò  
 orafatio-  
 us susci-  
 o, emo-  
 . His  
 , tandem  
 enuerat,  
 item me-  
 tis collo-  
 calculateum  
 è ablatu-  
 rgumen-  
 tum